

THRENODIAE
IN OBITVM

CLARISSIMI

nec non DOCTISSIMI VIRI
DNI. HENRICI SCHVMANNI

V. I. D.
conscriptæ

à

DEFUNCTI AMICIS
ANNO M. DC. XV.
Postridie Calendarum Aprilis.

SOLON SALAMINIUS INTER-
rogatus aliquando, quid homo esset! Respon-
dit: Putredo est in exortu, bulla in omni
vita, esca vermium in morte.

Quisquis es id noscas, terra es, te terra recondet,
Te terræ genitum terra membra docent.
Non te terreno terrena remordeat astu
Cura tuas tandem terra resumet opes.

Rigia Linonum Typis Nicolai Mollini.
Anno 1615.

In. No. 62356.

424
THERENODIAE
IN OBITUM

CLARISSIMI

DOCTISSIMI VIRI
HENRICI SCHYMANNI

V. L. D.

condignis

DE VINCITI AMICIS
ANNO M. DC. LX.
Pogitidis Calendarum Aprilis

SOLOM SALAMIVIS INTER

regum aliquid, quid homo esset, R. bon.
die, P. rudo est in exom, bulla in omni
vita esse verum in morte

Quibus et in notis, terra et, se tunc rondo
R. rudo, quibus in notis, terra et, se tunc rondo

ZA EP
1788

INSTITUTI AKADEMIAE
LATVIAE
1824



Carmen in quo defunctus introducitur loquens,
& nomen defuncti initialibus literis ex primens.

Heu mihi vana hominum quam sunt spes, vita, labores,
Est & in hoc mundo quam nihil omnis homo!

Numquid homo similis foeno per prata virenti?

Rorans que in cultis, ut rosa floret, agris.

Illa virgente die canis viget alta pruinis

Circiter ast noctem langvida facta cadit.

Vanusita est homo mortalis quicumque sub isto

Sanguine vivico nunc agit, egit, aget.

Sed quid haec multis mihi fata novissima restant

Christe benigne mihi, vita perennis, ades.

Haud mala sunt nobis semper quaecumque videntur

Ut mors est certe nil habet illa mali.

Mens mea quid tremis? ad sedes abitura quietis?

Ad quam te Christi gratia certa vocat.

Nil ubi maestitiae, Scythici nil frigoris horret,


Nil crucis, assidui tempora veris eunt,

Vnde miselle stude ludibria noxia mundi

Spernere & exemplo gaudia disce meo.

NICOLAUS COQUUS ARISTOPOLITANVS EX THVRINGIA
honoris gratia posuit anno regni per CHRISTVM SALVVS

Figmen-



Figmentum Poëticum.



Eu quid agam? retegam: dicendi ab curta supellex

Id vetat: haud referam: non pietatis opus.

Nam duco esse nefas pravum, velle illa silere,

Cœlitus à sacris quæ pate facta Dijs.

Ergo rumpe moras mea Musa, Et facta stupenda

Quæ vidi, tenero carmine quaeso refer.

Errabam DVNÆ recessus inter amœnos,

Cum vigil instabilis munere functus erat:

Et phœbus rutilos radijs flagrantibus ignes

Depulerat cœlo, reddideratq; diem.

En se fortè mihi vallis condensâ cupressu

Obtulit, & varijs condecorata modis,

Cui campus pictis nitidissimus adjacet herbis,

Mollis & aprico gramine terra virens,

Fons sonat à dextrâ nitidis argenteus vndis,

Cujus & omne latusturgida quercus habet.

A quo non longè corijli, patulæq; juglandes,

Nec tilix molles, cultaq; pinus abest.

Nec philomela sedens vicinis abdita ramis

Arguto varios quæ integrat ore sonos.

Spirat vbi zephijrus nullo cum murmure lenis,

Omnia tuta manent, omnia salva manent.

Hic hîc Aonij (mirum) convenerat alma

Turba novena chori, numina docta varum:

Quæ

Quæ sua dum promunt divino júbila cantu,

Supploduntq; agili tîmpona raucâ manu,

Pars choreas ducit manibus permutua junctis,

Læticiæ dantes plurima signa novæ.

Pars legit aurico mo gemmantia germina vulcu

Connectens tenerâ ferta decora manu.

Pars agili cijtharæ, pertentat pollice chordas,

Pars tremulum volucris pectine tangit ebur.

Robora mox tacitis sîlvis hinc vasta moventur,

Et rigidis scopulis aspera saxa tremunt.

Hæc ego dum video fixis obtutibus hærens,

Dum stupor & gelidum cor pavor intrus habet:

Ecce volans quidam liquidi per inania cœli

Ad callem tendit (res age quanta?) sacram.

Spirabat ver ætatis, roseamq; juventam

Vincens purpureas ore nitente rosas.

Cujus nudabant venti tunc corpora, crinesq;

Impulsos retrò mobilis aura dabat.

Hic vbi Musarum montem superasset opacum

Fundebat querulo talia verba sono:



F A M A.

Filia Jovis venerandi avete,

Quæ salutare colitis recessus

Et scærens revis remus, Et calentes

A 3

Sulphure lymphas.

Eccl

Ecce ego late volitans per orbem,
Dissero rerum nova facta ubiq;
Non diu possunt quoniam latere

Me nove gesta.

Ergo si qua fortè tenet novarum
Cura vos rerum mihi fide digno
Credite, hand nugas modò fingam

Vera fatebor.

Abstulit doctum cita mors **SCHUMANNVM**
Et decus summum, eolumemq; fidum
Inclijta turba, patriaq; dulcis

Gloria summa.

Maximi phabi vaga qui secutus
Castra se gessit vigilem, coronam
Vnde jam nactus, studijq; clari

Clara trophæa.

Ergo vos Musa lacrymis obortis
Spargite hunc mæsta, violisq; pulchris
Et sonum profer querulum sororum

Præses Apollæ.

Vix ea fatuus erat; parvidus stat divus Apollo,
Ora levi buxo pallidiora gerens.

Occupat & Musas terror, trepidatio mentes
Invadit, gelidus concutit ossa metus,
Mens tamen ut redijt, pariter rediére furores,
Hinc tales phabus spargit ab ore sonos

A P O L L O.

O Dolor! ô luctus! ô insaturabile pectus
Parcarum, quod nemo potest superare, nec auro,
Nec palpo mulcere levi manet invariabile:
Nec debellatur donis, queis vincitur omne

Quicquid in orbe viget: succum ve liquentis amomi
Contemnit summè & panchæi thuris honorem.
Hinc rapit, evertit prostermit, turbat & aufert
Omnia ceu saxus strictis mucronibus hostis:
Et furit, ut frendens versus quem densa corona
Venantum insequitur. Verum mihi dic age quæso
Quid tibi me contra fremebundas concitat iras.
Dum rapis è medio, qui imo mihi pectore inhaerent,
Queis sacra Pegasides fuderunt dona Camenæ,
Exhibuère manu simul & sua flumina largè,
Hos rapis ut sentes, & inania pondera terræ.
O utinam possem tibi detruncare rapaces
Quæ raptare manus norunt nisi, bellua pœnas
Aufferes dignas: zephyro sed carmina fundo.
Nam jus hocce tuum longum perdurat in ævum,
Ergo mandati memores Heliconis alumnae
Pandite nunc claro carmen lugubre **SCHOMANNO**
Dignus enim tali, vix est quo dignior alter.

CHORVS.


O Dolor! ô lacryma! ô sletus! ô aspera fata
Sortis! ô rerum turbida tristities
Occidit, abscessit, crudelibus occubat umbris,
Ab decus, ab nostri gloria summa chori.
Fundite nunc lacrymas, atq; indulgete dolori,
Ardna nam mæsti causa doloris adest.
Plangite vos corijli, salices, lentaq; genista,
Castaneq; simul, fraxinus atq; rabi.

A 2

Duo

*Ducite nunc gemitus alto de pectore tristes,
Et plenum gemitus da philomela sonum.
Occidit ab nimium properata morte patronus
Occidit heu nostri firma columna chori.
Excelsum cuius transcendit gloria cælum,
Contingens nitidos, tecta beata, thronos.
Sistite nunc lacrymas, & cessent carmina mesta,
Carmina funesto commemoranda rogo.
Nam licet aetherias vitam exhalat in auras
Non tamen aeterno funere mersus erit.
Corpus humo tegitur placide, mens occupat astra,
Perpes ubi splendor, gloria perpes erit.*

Iohannes Dollmannus Rig: Liv:



*Vid tibi Parcaferox sumis, quæ audacia tanta est!
Doctrina ornatum tollere morte virum,
HENRICUM SCHUMANNVM Doctorem juris & æqui,
Eximium donis nobilis ingenij!
Quem Parnassiacis Themis enutriuit in antris,
Quem gremio fouit culto Minerva suo.
Quem docti nouere viri longo ordine, & audent
Legum consultis annumerare viris:
Qui mores etiam multorum vidit & vrbes
Regna Ducumq; aulas, docta Lycea simul,*

Hunc

*Hunc igitur summè quem dilexistis alumnum,
Profusæ in lachrymas plangite Pierides:
Et tu Riga tuum ob ciuem modo morte peremptum,
De fletu lachrymis publica damna tuis:
Vos etiam chari lugentes funus amici,
Mœsticiæ & mentis tristia signa date.
Namq; domus vestræ decus occidit, atq; columna,
Flere igitur vestræ maxima damna domus.
In medio ætatis cursu, spem præter & omnem
Præpropere ante suum concidit ille diem.
Sed desiderio nimium indulgere cauete,
Esto modus lachrymis, planctibus esto modus:
Commodaq; illius potius perpendite multa,
Quæ mors defuncto contulit atra viro.
Namq; tenet foelix nimium cœlestia regnâ,
Gaudia ubi lætus non peritura capit.
In gremio recubans Abrahæ, meliore potitus
Vita, nunc CHRISTI jubilat ante thronum.
Quid prodest homini multos vixisse per annos?
Cedò quid vita est longa dolere diu.
Et quod mancipio nulli datur, omnibus vsu,
Id vitæ tempus perbreve longa mora est.
His superesse malis quis sanus diligat vnquam?
Torqueri cupiat quis sine fine malis?*


B

Omne



Omnes namq; mori naturæ lege tenemur,
Omnes atq; homines vltima fata manent.
Est igitur melius citò ferri ad cœlica regna,
Pacatos annos hîc vbi fata dabunt.
Hic quoq; nunc habitat Doctor SCHVMMANNUS, ibidem
Pace bona fruitur, non dubitante fide.
Invidia est igitur quenquam deslere fruentem
Conspectu Domini, cœlicolumq; simul.
Sistite quin lachrymas Doctorem quotquot amastis,
Hilum quandoquidem proficitur lachrimis.
Et tu cara parens nati quid funera ploras;
Cur frustra petis hunc, irrita vota sine.
Desine sollicitis superos compellere votis
Discutiunt tristes ventus & aura preces
Quin potius ratio fletum pierasq; dolorem
Temperet & lachrymas tu cohibeto graves.
Sed spes damna leuans credas te tempus in omne
Visurum, qui nunc regna beata tenet,
Cum dabit exitum terris lux vltima, cuncti
Atque resurgemus, corpore juncta anima.

DE



DEFUNCTVS AD LECTOREM

V quod es, ipse fui: quid nunc sim cernere promptum est,
Omne sed id, quod sum, tu quoq; Lector eris.
Vixi, non vivo: imo Christi sanguine vivo,
Tum fidi viuis saluificante fide.
Enthe a pars cœlo cessit, pars ossea terra,
Ne qualis fueram, quare futurus eram.
Sitamen in cessit tibi tanta cupido sciendi,
Dicam: annis vir eram, mente sagace senex.

Iohannes Koke Rig: Liv:



PSR ZIEMENU AKADEMIJA
FUNDAMENTALA
1824
LATVIA
BIBLIOTEKA

843303

LU Akad. bibl.



817002302